Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



introierunt in porcos: et magno impetu grex
precipitatus est in mare ad duo milia: et suffo
cati sunt in mari Qui aut pascebant eos: fugi
erunt et nunciauerunt in ciuitate et in agros
Et egressi sunt uidere quid esset factum Et ue
nerunt ad iesum: et uiderunt illum qui a demonio
uexabatur sedentem uestitum et sane mentem
et timuerunt Et narrauerunt illis qui uide
rant qualiter factum esset ei qui demonium
habuerat: et de porcis Et rogare eum ceperunt
ut discederet de finibus eorum Cumque ascendisset
nauim: cepit illum deprecari qui a demonio uex
atus fuerat ut esset cum illo Et non admisit
eum: sed ait illi Vade in domum tuam ad tuos
et annuncia illis quanta tibi dominus fecerit et
misertus sit tui Et abiit et cepit predicare
in decapoli quanta sibi fecisset iesus et omnes

Dominica vii post trinitatis mirabantur

Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in uo
ce exultationis Ps Subiecit populos nobis et gen
tes sub pedibus nostris Oro Deus cuius prudentia
in sui dispositione non fallitur: te supplices exo
ramus: ut noxia cuncta submoueas et omnia
nobis profutura concedas P. Ad Romanos
Fratres Humanum dico: propter infirmita
tem carnis uestre Sicut enim exhibuistis membra
uestra seruire immundicie et iniquitati ad iniq
uitatem: ita nunc exhibete membra uestra ser
uire iustitie in sanctificationem Cum enim seru
issetis peccati: liberi fuistis iustitie Que ergo
fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc